



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

C. Arneberg und Werben schließen sich dem Bunde der Städte und Lande  
der Altmark an, am 21. Dezember 1321.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](#)

non Territoriorum et bona voluntate, hoc tamen interposito, Si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri teneretur et debet de antiquo nostro iure nobis a nostris dominis Marchionibus mortuis prestito clare memorie cum honestis et prouidis viris, vtputa cum tribus militaribus vel quinque Burgenibus Sive Septem villanis probis et irreprobatis. Ut autem huiusmodi Supra scripta Rata et Illibata permaneant et ne quisquam eisdem presumat, ausu temerario obuiare presentibus Sigilla prememorata Civitatis Stendal ac Strenuorum Militum, videlicet Gherardi de Kerkowe, Conradi de Osterburch, Barteldi de buste, Alberti de Swartejoze, Wichardi de Rogchow, hennighi de buch sunt appensa in sufficiens argumentum. Actum et datum in Civitate Stendal, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXI<sup>o</sup>., in die beati Thome Apostoli.

Nach dem Originale im Stadtarchiv zu Salzwedel, Fach 6, No. 6.

C. Arneburg und Werben schließen sich dem Bunde der Städte und Lande der Altmark an,  
am 21. Dezember 1321.

In nomine domini Amen. Nos militares in aduocacia arneborch constituti, scabini, Consules totaque vniuersitas burgensium in werben coram omnibus presentia visuris seu etiam audituris Recognoscimus publice profientes, quod cum honestis militaribus in marchia constitutis et ciuitate stendal et militaribus in aduocacia soltwedel et etiam ciuitate, necnon territorio ghardelue et eadem ciuitate et reliquis ciuitatibus, scilicet tangermünde, Osterborch, sehusen atque cum omnibus militaribus in iam dictis territoriis commorantibus Compromisimus et nostris iuramentis affirmauimus sub hac forma vniiformiter concordantes, Quod quicunque in hiis nunc prefixis ciuitatibus similiter et territoriis per se uellet violenter esse iudex, recusans et rennens nostra iura primordialia, hactenus vt exnunc et ab antiquo preconseruata, volens manu et intendens iudicare semper violenta, videlicet rapinis, incendiis, captiuitatibus sive aliis etiam violentiis quibuscumque, Proscriptus esse debet in cunctis territoriis et ciuitatibus iam quamlepius prenarratis, ita quod ad compositionem sive gratiam non debeat recipi, nisi cum consensu prefixarum ciuitatum necnon territoriorum et bona voluntate; hoc verumptamen interposito, Si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri teneretur, et de nostro antiquo iure nobis a nostris dominis marchionibus mortuis prestito bone memorie, Cum prouidis et honestis viris, vtputa cum tribus militaribus vel quinque burgenibus sive septem villanis probis et irreprobatis acquiri deberet. Ut autem huiusmodi suprascripta rata et illibata permaneant et ne quis eisdem presumat ausu temerario obuiare, presentibus apposuimus sigilla nostre ciuitatis werben, necnon strenuorum militarium scilicet domini Conradi de ecstede, militis, hinrici rintdorp, heysonis de Bertekov, Conradi de canneberch, rüdengheri de pywelinghe, Zabelli de suartenholt, famulorum, in sufficiens argumentum. Datum et actum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXI<sup>o</sup>., In die beati thome Apostoli.

Nach dem Originale des Stendalschen Mathsbarchives No. 51.